



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris
Theologi Architectura Christiana**

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae Agrippinae, 1653

Rev[eren]do Patri M. S. Architecturae Christianae Scriptori Christianus
Thvldenus Ex Clero Coloniensi Ad Gradus B. M. V. Canonicus Epodos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)

COLONIENSI.

SS. Apostolorum. 16. Cuniberti. 17. Christophori. 18. Ioannis
Euangelistæ. 19. B. M. V. in Pasculo.

VOBIS itaque VIRI REVERENDI, ut præcipuis Ecclesiæ
in Agrippina Colonia ARCHITECTIS, Volumē hoc Architectoni-
cū inspiciendum offero, peruoluendum repræsentō, utendum trado:
nam nulla reuera mihi occurrit materia Concionatoria, ad cuius
tractationem non sit opportuna ac fructuosa ARCHITECTO-
NICA CHRISTIANA, si fiat quod omnibus Verbi Diuini
Doctoribus commendo, Lēctione, meditatione, scriptione, dictione-
que familiaris.

Ita sanè mihi persuadeo.

Omnium, Euangelio secundum virtutem Dei, Ædificando colla-
borantium in CHRISTO IESU Seruus

Maximilianus Sandæus.



REV. ^{do} PATRI

M. S.

ARCHITECTURÆ CHRISTIANÆ
SCRIPTORI
CHRISTIANVS THVLDENVS
EX CLERO COLONIENSI
AD GRADVS B. M. V. CANONICVS

E P O D O S.



Vt laudum generi, queis hunc virtutibus æquem?

O Architectum nobilem!

Substruit, ædificat, ponit quadrata, rotunda;

Docet struendi gratiam:

Fundamenta locat nullis dirimenda ruinis

Educit in Cælum DOMOS.

En properè firmis exsurgunt molibus ædes

Artem ferentes & operam:

Ex auro structæ solido, viuoque ex adamante

Hinc examussim & hinc nitent.

Nomi-

Nomina si quæris Dominæ, cui tanta paratu
Tanto sient palatia?
Non longum faciam, neque te sermone morabor
Amplius: Ea Sapientia est.
Nam Diuina sibi tectum Sapientia fioxit
Septem columnis inclytum:
Hic habitat, recipitque suos dulcissima amicos,
Ambrosio alendos nectare;
Et post fata piæ, per tot discrimina, vitæ
Cælestium inferit choris.
Ne tamen ad paucos, Artis solertia tantæ
Venire dicatur modò;
Omnibus ecce aperit, legemque modumque struendi,
Rei peritus Artifex;
Atque domos varias nunc MORIBVS ornat & auget,
Nunc SPIRITALI dogmate.
EX MERITIS parat ille domum, cui gloria nomen
Æterna: hic EXEMPLO struit:
Fit quoque CHRISTVS, & optino cognomine gaudet:
Cælo vt sit altior domus.
Firmamenta FIDES præbet: *Timor* ipse Fideque
Ornatus & *Modestia*
Huc quoque couenit, *fundatq;* *tegitq;* vicissim:
Stant & Columnæ aheneæ,
Æsque triplex animum, & *prudens Constantia* seruat,
Et *Perseuerans aqutitas*.
Parietibus suis absit honos? ne crede: parantur
In firmitatem sedulo
Nituntur *Christi meritis* ingentibus, & *Spem*
Robustiolem præferunt
Ex lapide antiquo: paries quo perstat vterque,
Et durat aduersum Notos.
Tectum augustum, ingens, cernis sub sidera ductum,
Huc te infer, & metues Nihil.
Quin etiam dum fortè iuuat, pro munere sumto;
Pro te, tuâque familiâ
Ædificare domum: cæloque educere muros;
Hinc si voles formam cape.
Sic te jam Calamus, sic Cœmentaria trulla
Trochleaque, ament & Tympanum.
Anno Soteris nati M.DC.LII. inito jam Septem-
bri, ipsis natæ Deiparæ octodialibus.